

Otto von Freising (ca. 1112 – 1158), *Gesta Friderici*

Anno 1155: Friedrich Barbarossa zieht nach Rom, um vom Papst zum Kaiser gekrönt zu werden. Die Bürger von Rom versuchen ihn schon im Vorfeld seiner Ankunft zu erpressen.

Der Text ist in Mittellatein verfasst! In den so bezeichneten Silben ist „e“ als „ae“ zu lesen.

At Romanorum cives de principis adventu cognoscentes temptandum ipsius legatione animum adiudicarunt¹. Ordinatis ergo legatis industribus² et litteratis, qui eum inter Sutrium³ et Romam adirent, accepto prius de securitate viatico⁴, sicque presentatis regalis excellentiae⁵ consistorio⁶ viris, taliter adorsi⁷ sunt: «Urbis legati nos⁸, Urbis non parvum momentum⁹, rex optime, ad tuam a senatu populoque Romano destinati sumus excellentiam. Audi serena mente, benignis auribus, quae tibi ab alma orbis domina deferuntur Urbe, cuius in proximo¹⁰ adiuvante Deo futurus es princeps, imperator et dominus.

Pacificus si venisti, immo quia, ut arbitror¹¹, venisti¹², gaudeo. Orbis imperium affectas; coronam prebitura gratanter assurgo, iocanter¹³ occurro. Cur¹⁴ enim suum princeps visitaturus populum non pacifice adveniret, non gloriosa munificentia respiceret, qui indebitum¹⁵ clericorum excussurus iugum ipsius magna ac diutina expectatione prestolatus est adventum? Revertantur, opto, pristina tempora; redeant, rogo, inclitae Urbis privilegia; orbis Urbs sub hoc principe recipiat gubernacula, refrenetur¹⁶ hoc imperatore ac ad Urbis reducatur monarchiam orbis insolentia! Talis rector Augusti¹⁷ sicut¹⁸ nomine sic induatur et gloria! Scis autem, quod urbs Roma ex senatoriae dignitatis¹⁹ sapientia ac equestris²⁰ ordinis virtute et disciplina a mari usque ad mare palmites extendens non solum ad terminos orbis imperium dilatavit, quin etiam insulas extra orbem positas orbi adiciens principatus eo²¹ propagines propagavit. Non illos²² procellosi fluctus aequorum, non hos scopulosae et inaccessibiles rupes Alpium tueri poterant: Romana virtus indomita cuncta perdomuit. Sed²³ exigentibus²⁴ peccatis, longe positus²⁵ a nobis principibus nostris, nobili illo antiquitatis insigni²⁶ - senatum²⁷ loquor - ex²⁸ inerti quorundam desidia neglectui²⁹ dato, dormitante prudentia vires quoque minui necesse fuit.

¹ **adiudicarunt** = **adiudicaverunt**; **adiudico** 1: hier: beschließen

² **industribus** (Abl.): klassisch: **industriis** (auf **legatis** zu beziehen)

³ **Sutrium**, -i n.: Sutri (Stadt in Etrurien)

⁴ **viaticum**, -i n.: Geleitbrief

⁵ **regalis excellentia** f.: die königliche Hoheit

⁶ **consistorium**, -i n.: kaiserliches Kabinett; Kronrat

⁷ **adordior** = **ordior**

⁸ **nos**: Nominativ; **legati nos ... destinati sumus**

⁹ **parvum momentum** n.: gering wiegender (unbedeutender) Teil

¹⁰ **in proximo**: in Kürze

¹¹ **arbitror, gaudeo** ...: Ab hier spricht sozusagen „die Stadt Rom“, daher 1. Person!

¹² ergänze: **pacificus**

¹³ **iocanter** (Adv.): freudig

¹⁴ **ordne**: **cur enim princeps suum populum visitaturus non ...**

¹⁵ **indebitum ... iugum**

¹⁶ **ordne**: **insolentia orbis hoc imperatore refrenetur et ad monarchiam urbis reducatur**

¹⁷ **ordne**: **Talis rector induatur sicut nomine Augusti sic et (= etiam) gloria** (Abl.!)

¹⁸ **sicut ... sic et(iam)**: wie ... so auch

¹⁹ **dignitas**, dignitatis f.: Rang; Stand

²⁰ **ordo equester** (Gen.: ordinis equestris) m.: Ritterstand

²¹ **eo** (Adv.): dorthin

²² **illos, ... hos**: Gemeint sind ehemalige Feinde der Römer.

²³ **Beginne**: **sed ... vires quoque minui necesse fuit**; dann folgen alle abl. abs. (kausal) der Reihe nach von vorn.

²⁴ **exigentibus peccatis**: um der Sünden willen

²⁵ **pono** 3 (passiv): hier: sich befinden

²⁶ **insigne**, insignis n. (I-Stamm): Zierde

²⁷ **senatum loquor** = **de senatu loquor**

²⁸ **e, ex** (+ Abl.): infolge

²⁹ **neglectui dare**: der Vernachlässigung preisgeben

Assurrexi¹ tuae ac divinae rei publicae profuturum gloriae ad sacrum sanctae Urbis senatum equestremque ordinem instaurandum, quatinus² huius consilii, illius armis Romano imperio tuaeque personae antiqua redeat magnificentia. Numquid hoc placere tuae non debebit nobilitati³? Nonne etiam remunerabile⁴ iudicabitur tam insigne facinus tamque tuae competens⁵ auctoritati? Audi ergo, princeps, patienter et clementer pauca de tua ac de mea iusticia⁶! Prius tamen de tua quam de mea. Etenim a Iove principum. Hospes eras, civem feci⁷. Advena fuisti ex Transalpinis partibus⁸, principem constitui⁶. Quod meum iure fuit, tibi dedi. Debes⁹ itaque primo ad observandas meas bonas consuetudines legesque antiquas mihi ab antecessoribus tuis imperatoribus idoneis¹⁰ instrumentis¹¹ firmatas, ne barbarorum violentur rabie, securitatem praebere officialibus¹² meis, a quibus tibi in Capitolio adclamandum erit, usque ad quinque milia librarum¹³ expensam dare, iniuriam a re publica etiam usque ad effusionem sanguinis propellere et haec omnia privilegiis munire sacramentique¹⁴ interpositione propria manu confirmare».

Ad haec rex tam superbo quam inusitato orationis tenore iusta indignatione inflammatus cursum verborum illorum de suae rei publicae ac imperii iusticia more Italico longa continuatione periodorumque circuitibus sermonem producturis interruptit et cum corporis modestia orisque venustate regalem servans animum ex inproviso¹⁵ non inprovis¹⁶ respondit: «Multa de Romanorum sapientia seu¹⁷ fortitudine hactenus audivimus, magis tamen de sapientia. Quare satis mirari non possumus, quod verba vestra plus arrogantiae tumore insipida quam sale sapientiae condita¹⁸ sentimus. Antiquam tuae proponis urbis nobilitatem, divinae tuae rei publicae veterem statum ad sydera¹⁹ sustollis. Agnosco, agnosco, et ut tui scriptoris verbis utar, fuit²⁰, fuit quondam in hac re publica virtus. "Quondam" dico. Atque o utinam²¹ tam veraciter quam libenter "nunc" dicere possemus! Sensit Roma tua, immo et nostra, vicissitudines rerum. Sola evadere²² non potuit aeterna lege ab auctore omnium sancitum²³ cunctis sub lunari globo degentibus sortem. Quid dicam? Clarum²⁴ est, qualiter primo nobilitatis tuae robur ab hac nostra urbe translatum sit ad Orientis urbem regiam²⁵, et per quot annorum curricula ubera delitiarum²⁶ tuarum Greculus esuriens suxerit. Supervenit Francus, vere nomine et re nobilis, eamque²⁷, quae adhuc in te residua fuit, ingenuitatem

¹ *ordne*: ad sacrum sanctae Urbis senatum equestremque ordinem instaurandum profuturum tuae ac ...

² *quatinus* (+ *Konj.*): dass

³ *nobilitas*, nobilitatis *f.*: Hoheit

⁴ *remunerabilis*, remunerabile: belohnenswert

⁵ *compro* 3 (+ *Dat.*): zustehen

⁶ *iusticia*, -ae *f.*: *mittelalt.*: Recht

⁷ *ergänze*: *te*

⁸ *pars*, partis *f.*: Gegend

⁹ *debes ... praebere, ... dare, ... propellere, ... confirmare*

¹⁰ *idoneis instrumentis*: *abl. instrumenti* zu *firmatas* <consuetudines legesque antiquas>

¹¹ *instrumentum*, -i *n.*: Urkunde

¹² *officialis*, officialis *m.* = *magistratus*

¹³ *libra*, -ae *f.*: ein (römisches) Pfund (= 0,327 kg)

¹⁴ *sacramenti interpositione*: durch einen Eid

¹⁵ *ex inproviso*: „aus dem Stegreif“

¹⁶ *inprovisus*, -a, -um: unbedacht

¹⁷ *seu* = *et*

¹⁸ *condio* 4: würgen; ergänze: *esse*

¹⁹ *sydera* = *sidera*

²⁰ *fuit, fuit ...*: Zitat aus einer Rede Ciceros (In Catilinam I)

²¹ *o utinam* (+ *Konj.*): o wenn doch

²² *evado* (+ *Akk.*) = im Deutschen *Dativ*

²³ *sancitum* = *sancitum*; *sancitum ... sortem*

²⁴ *clarus*, -a, -um: bekannt

²⁵ *Orientis urbs regia*: Gemeint ist Konstantinopel, das nach der Eroberung Roms noch fast tausend Jahre das Zentrum des (griechisch sprechenden) oströmischen Reiches war.

²⁶ *delitiarum tuarum* = *gloriae tuae*

²⁷ *eamque ... ingenuitatem*

fortiter eripuit. Vis cognoscere antiquam tuae Romae gloriam, senatoriae dignitatis gravitatem, tabernaculorum dispositionem, equestris ordinis virtutem et disciplinam, ad conflictum procedentis¹ intemeratam ac indomitam audatiam²? Nostram intuerem rem publicam. Penes nos cuncta haec sunt. Ad nos simul omnia haec cum imperio demanarunt. Non cessit³ nobis nudum imperium. Virtute sua amictum⁴ venit. Ornamenta sua secum traxit⁶. Penes nos sunt consules tui. Penes nos est senatus tuus. Penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi te consilio regere, equites Francorum ipsi tuam ferro iniuriam propellere debebunt. Gloriaris me per te vocatum esse, me per te primo civem, post⁵ principem factum, quod tuum erat, a te suscepisse. Quae dicti⁶ novitas quam ratione absona⁷, quam veritate vacua sit, estimationi tuae prudentumque⁸ relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum imperatorum gesta, si⁹ non divi nostri principes Karolus et Otto nullius beneficio traditam, sed virtute expugnatam Grecis seu Longobardis Urbem cum Italia eripuerint Francorumque apposuerint terminis. Docet haec Desiderius¹⁰ et Beringarius¹¹, tyranni tui, in quibus gloriabar, quibus tamquam principibus innitebaris. Eos a Francis nostris non solum subactos et captos fuisse, sed et in servitute ipsorum consenuisse, vitam finisse vera relatione¹² didicimus. Cineres ipsorum apud¹³ nos reconditi evidentissimum huius rei representant indicium. Sed dicis: "Vocatione¹⁴ mea venisti". Fateor, vocatus fui. Redde causam, quare vocatus fuerim! Ab hostibus pulsaberis nec propria manu Gregorumve mollicie¹⁵ liberari poteris. Francorum virtus invitatione adscita est. Implorationem¹⁶ potius quam vocationem hanc dixerim¹⁷. Implorasti misera¹⁸ felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia securum. Eo tenore vocatus, si vocatio dicenda est, veni. Principem tuum militem meum feci teque deinceps usque inpresentiarum¹⁹ in meam ditionem²⁰ transfudi. Legitimus possessor sum. Eripiat quis²¹, si potest, clavam de manu Herculis. Siculus²², in quo confidis, forte haec faciet? Ad priora respiciat exempla. Nondum facta est Francorum sive Teutonicorum manus invalida. Deo largiente vitaque comite²³ et²⁴ ipse temeritatis suae quandoque²⁵ capere poterit experimenta²⁶. Iusticiam²⁷ tuam, quam tibi debeam, exquiris. Taceo, quod principem populo, non populum principi leges prescribere oporteat. Pretermitto, quod quilibet possessor possessionem suam ingressurus nullum condicionis prejudicium pati

¹ **ad conflictum procedentis**: „wenn er zum Kampf schritt“ (zu beziehen auf **equestris ordinis**)

² **audatia** = **audacia**

³ **cedo** 3 (+ *Dat.*): zu fallen; übergehen (*auf*)

⁴ *Nicht genanntes Subjekt*: **imperium**

⁵ **post** = **postea**

⁶ **dictum** = **verbum**

⁷ **absonus**, -a, -um (+ *Abl.*): unvereinbar (*mit*)

⁸ **prudentum** (*Gen. Pl.*) = **prudentium**

⁹ **si**: ob

¹⁰ **Desiderius**, -i *m.*: Desiderius (*letzter König der Langobarden, von Karl d. Gr. abgesetzt*)

¹¹ **Berengarius**, -i *m.*: Berengar von Ivrea (*von Otto d. Gr. mit Italien belehnt, später abgesetzt*)

¹² **relatio**, relationis *f.*: Berichterstattung

¹³ **apud** = **apud**

¹⁴ **vocatio**, vocationis *f.*: Berufung; *klassisch*: Einladung (zum Mahl)

¹⁵ **mollicies**: *siehe mollitia*

¹⁶ **imploratio**, implorationis *f.*: Anrufung; Hilferuf

¹⁷ **dixerim** (*Konj. Perf.*): „möchte ich wohl nennen“

¹⁸ **misera**, **debilis**, **invalida**, **anxia**: Auf „Roma“, die angesprochen wird, bezogen! „Als Elende“ ...

¹⁹ **inpresentiarum**: bis zur Gegenwart

²⁰ **ditio** = **dicio**

²¹ **quis**: einer

²² **Siculus**, -i *m.*: der Sizilianer (= Wilhelm, König von Sizilien und Unteritalien aus normannischer Dynastie; Gegner des Papstes und des deutsch-römischen Kaisers; der Papst hatte ihm die Königskrone versagt; 1186 heiratete der damals 19jährige Sohn Friedrichs, Heinrich, der spätere König Heinrich VI., die Erbin des letzten Normannenkönigs, die damals dreißigjährige Konstanze – ihr gemeinsamer Sohn ist Friedrich II.)

²³ **vita comite**: „mit dem Leben als Begleiter“, „wenn das Leben es aushält“

²⁴ **et ipse**: auch er

²⁵ **quandoque**: einmal

²⁶ **experimentum**, -i *n.*: Erfahrung

²⁷ **iusticia**, -ae *f.*: *mittellat.*: Recht

debeat. Ratione¹ contendamus. Proponis, ut mihi videtur, trium sacramentorum exactionem. De singulis respondeo. Dicis me debere iurare, ut leges antecessorum meorum imperatorum, eorum privilegiis tibi firmatas et bonas consuetudines tuas observem. Apponis etiam, quod patriae usque ad periculum capitis tuitionem iurem. Ad ista duo simul respondeo. Ea, quae postulas, aut iusta sunt aut iniusta. Si iniusta sunt, nec tuum erit postulare nec meum concedere. Si iusta, recognosco me haec et debendo velle et volendo debere. Quare superfluum erit voluntario debito et debitae voluntati sacramentum apponere. Quomodo enim tibi tuam iusticiam infringere, qui quibuslibet infimis etiam, quod suum est, servare cupio? Quomodo patriam et precipue imperii mei sedem usque ad periculum capitis non defenderem, qui et ipsius terminos non sine eiusdem periculi estimatione, quantum est in me, restaurare cogitaverim? Experta est hoc Dania² nuper subacta Romanoque reddita orbi, et fortasse plures provinciae pluraque sensissent regna, si praesens negotium non impedisset. Ad tertium³ venio capitulum. Affirmas pro pecunia quadam iuramentum tibi preberi a mea deberi persona. Pro⁴ nefas! A tuo, Roma, exigis principe, quod quilibet lixa⁵ potius petere deberet ab institore. A captivis haec penes nos exiguntur. Num in captivitate detineor? Num vinculis hostium urgeor? Nonne multo et forti stipatus milite⁶ inclitus sedeo? Cogetur princeps Romanus contra suam voluntatem cuiuslibet prebitor esse, non largitor? Regaliter et magnifice hactenus mea, cui libuit et quantum decuit, et precipue bene de me meritis dare consuevi. Sicut enim a minoribus debitum rite expetitur obsequium, sic a maioribus meritum iuste rependitur⁷ beneficium: hunc⁸, quem alibi a divis parentibus meis acceptum servavi morem, civibus meis cur negarem Urbemque meo introitu laetam non facerem? Sed merito non iusta iniuste petenti cuncta iuste negantur». Haec dicens et non sine condigna mentis indignatione orationem terminans conticuit.

• Arbeitsauftrag

Stelle die Rede der römischen Unterhändler der Antwort Friedrichs gegenüber!
Haben sie alles so gesagt, wie er es beantwortet?

¹ **ratio**, rationis f.: vernünftiger Grund

² **Dania**, -ae f.: Dänemark (*Auf seinem ersten Reichstag 1152 in Merseburg hatte Friedrich den dänischen Thronstreit entschieden und das Land als Lehen an König Sven und Teile davon an seine Mitbewerber Knud und Waldemar übergeben.*)

³ **tercium** = **tertium**

⁴ **pro!**: ach!

⁵ **lixa**, -ae m.: Marketender

⁶ **milite**: kollektiver Singular (= **militibus** bzw. **exercitu**)

⁷ **rependo** 3: vergelten; belohnen

⁸ **hunc** – **quem** – **morem**: *ordne*: **cur hunc morem, quem ... servavi, civibus meis negarem ...**